



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 75. Alexandri VII. vita & gesta ante Pontificatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. millibus gravem inquireret, quam le  
 A. C. 1655. nocentius moriturus Successori suo  
tradi voluerat, & Fabio Chisio tunc  
 Cardinali, præsentibus aliis duobus  
 Purpuratis ostenderat, & in præfata  
 Matronæ ædes translata fuisse, no  
 mor erat: denique, ut Pontifex pau  
 perum sustentationi subveniret, immo  
 nuto panis pretio Olympiæ, Pamphili  
 o & Ludovisio Principibus inhibuit  
 ne monopola exercerent, aut frumen  
 tum extra Pontificiæ ditionis fines ex  
 portarent.

## §. LXXV.

*Alexandri VII. vita & gesta ante  
Pontificatum.*

*Ciacon. in  
vita Ale-  
xandri VII.  
tom. 4.  
Palat. ibid.*

**P**rimam lucem Senis aspexerat Fabius  
 Chisus ex nobilissima familia ortus  
 anno Domini millesimo quinquagesimo  
 nonagesimo nono: Erat is adhuc puer  
 suo Patre orbatus, a Matre tamen su  
 lectissima Matrona in omnibus pietatis  
 exercitiis, & a celebrioribus Magistris  
 in omni scientiarum genere egregie in  
 butus: Vix undecimum ætatis suæ an  
 num impleverat, cum jamjam vena ad  
 modum facili nonnulla versuum millia  
 ad imitationem Homeri funderet, fle  
 ridamque ætatem non inerti otio transi  
 gens, non modo in Philosophiæ, sed &



& Theologiæ ac jurisprudentiæ facul-  
 tatibus tantum proficeret, ut doctora-  
 tus lauream emeritus, vix natus jam  
*Alexander Magnus* diceretur, ac tunc  
 temporis hospes ille inter literatos ha-  
 beretur, qui Alexandri nomen ignora-  
 ret, aut obiter tantum inaudivisset; pas-  
 sim enim ab omnibus celebrabatur tan-  
 quam virtutis & scientiæ cultor ac  
 patronus amantissimus, vitiorum vin-  
 dex & hostis, tam parcus in se, quam  
 prodigus in pauperes, tam laudum sua-  
 rum fastidiosus, quam studiosus alienæ  
 existimationis imitator. Porro Romam  
 delatus, atque a Sfortia Pallavicino  
 Viro eruditissimo ad Urbani VIII. be-  
 nevolentiam introductus, ab eodem  
 Pontifice utriusque, ut vocant Signa-  
 turæ Referendarius, ac paulopost Fer-  
 rariensis Pro-Legatus renuntiabatur,  
 quo munere per quinque annos summa  
 cum laude perfunctus, hanc Provin-  
 ciam a pestilentiae incrementis, a belli  
 Mantuani incendiis, & ab invalescen-  
 tibus discordiis Papam inter & Venetos  
 sua prudentia, & moderatione tutaba-  
 tur. Inde vero ab eodem Pontifice  
 Melitam missus Inquisitor Apostolicus,  
 Neritonensem Ecclesiam obtinuit, pau-  
 lopost Nuntius Coloniam decretus, cum  
 eo tempore totius Europæ Principum  
 Oratores ad pacem afflictæ Germaniæ  
 Hist. Eccles. Tom. LXII. P red-

Sæc. XVII.  
 A. C. 1655.



**Sæc. XVII.** reddendam Monasterium conflueret  
**A. C. 1655.** ab Innocentio X. eo decernebatur,  
 in munere Ecclesiæ totius incolumi-  
 tem, Imperii Romani, plurimumque  
 gnorum salutem, ubi vacillabat, re-  
 cire, & ubi deficiebat, tanta dexte-  
 rate procurare satagebat, ut in diffi-  
 limo hoc tot hominum non minus  
 pientium, quam dissentientium confli-  
 totque rerum inter se oppositarum  
 flictu, in quo omnia æmulationibus,  
 fidiis, & suspicionibus flagrant, fa-  
 mam tamen non modo apud Ortho-  
 doxos, sed & apud A catholicos ma-  
 mam existimationem, laudem, aucto-  
 tatemque retineret, nec illi etiam,  
 bus se Fabius opposuerat, habere  
 quod carperent, nisi pietatem, Ze-  
 ceteraque Catholica Romanaque de-  
 ra & jura more suo libuisset arro-  
 Mirabantur omnes hujus Nuntii ma-  
 rationem, morum suavitatem, re-  
 gerendarum usum, doctrinam, &  
 cipue incorruptæ æquitatis studi-  
 ubi enim de Religionis discrimine,  
 besactandis Ecclesiæ juribus, &  
 piendis Ecclesiasticorum bonis age-  
 tur, monstrabat Fabius constantem  
 æquique rigorem, amicorum sæpe pe-  
 bus oratus, nunquam exoratus, adve-  
 riorum sententiis minisque oppugnat-  
 expugnatus nunquam, pollicitis alle-



non illectus, donis tentatus, non com- **Sæc. XVII.**  
 motus pacem immoto studio promovere **A. C. 1655.**  
 nitebatur, ita tamen, ut nihil de Ec-  
 clesiæ juribus atque auctoritate decede-  
 ret: cum vero preces & monita inca-  
 sum adhiberi cerneret, adversus con-  
 ditiones ab Heterodoxis extortas, &  
 contra pacem Catholicæ Religioni per-  
 niciosam Pontificis nomine reclamabat,  
 suamque oppositionem in publica præ-  
 fatæ pacis acta referri petebat. De-  
 mum ex Westphalia Romam reversus,  
 ab Innocentio X. Presbyter Cardinalis  
 nominabatur, in qua dignitate nihil  
 omnino a pristino vitæ suæ instituto re-  
 miserat, sed lecto durissimo usus, cor-  
 pus asperrimo cilicio, quo etiam, cum  
 habitu Pontificio ornaretur, indutus re-  
 periebatur, & jejuniis bis in hebdo-  
 mada usitatis macerabat, omneque  
 tempus aut orationi, aut lectioni vel  
 laboribus sibi ex Cardinalatus munere  
 impositis sedulo vacabat; nulla enim  
 in parte unquam defuit in sacris præ-  
 fertim Congregationibus, quarum mul-  
 tis, iisque gravioribus adscriptus erat,  
 plurimumque ejus eruditioni ac soler-  
 tiæ debetur, quod quinque Corneli  
 propositiones censuris fuerint perstrictæ;  
 in ceteris porro negotiis sibi commissis,  
 cunctisque actionibus ad exitum dedu-  
 cendis Fabius singularem dexteritatem



**Sæc. XVII.** & vigilantiam, in providendo circum  
**A. C. 1655.** spectionem, in colloquendo humani-  
 tem, in consultando integritatem,  
 perficiendo assiduitatem, in perferen-  
 do tolerantiam, atque in patiendo  
 ram animi æqualitatem præferebat  
 adeo, ut tot tantarumque rerum ac-  
 tutum unice capax potuerit esse animi  
 magna Alexandri Maximi.

## §. LXXVI.

*Isacci Peireri hypothesis de Præ-  
 adamitis.*

*Abrege de  
 l'Hist. Eccl.  
 tom. 3.  
 pag. 462.  
 Sianda Lex.  
 Pol.*

**H**oc item anno Isaccus Peirerus Be-  
 degalæ in Galliis natus in luce  
 edidit librum suum, cui titulus:  
*stema Theologicum ex Præadamitica*  
 hypothesi, seu *exercitatio super versum*  
*duodecimo, decimo tertio & decimo*  
*capitis quinti Epistolæ Divi Pauli ad Ro-*  
*manos.* Hic author in præfato  
 comprobare nitebatur, duplicem  
 hominum creationem, quarum  
 fuisset sexta creationis die, quam  
 Deus creavit masculum & fœminam  
 seu juxta hunc somniatorem, in omni-  
 bus terræ partibus mares & fœminas  
 ex quibus Gentiles fuerunt progenti  
 altera autem creatio multis post læ-  
 tis sequebatur, ubi Deus creavit  
 mum, ut esset Pater particularis